



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Calvniae Decimaeseptimae Svmma

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

post hæc nō habent amplius quid faciant, ostendā āt vo-
bis, quē timeatis, timete eū, q postquā occiderit, habet po-
testatē mittere in gehennā. Præterea dicit Christus, Hie-
rosolymis, & non Romæ, a scribis & pharisæis, & non ab
imperatorib⁹ Romanis occidēdos suos apostolos, quāuis
nō negē quosdā & extra Hierusalē fuisse interemptos.

CALVMNIAE DECIMAE SEPTIMAE SVMMA

Christus in Euangelio Scribis & Phariseis dicit. *Matthæi, xliij*
Ego mitto ad vos prophetas, & sapiētes, & scribas &
ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis
in Synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuita-
tem, vt veniat super vos, &c.

Tandem subdit, hierusalem hierusalē quæ occidis propheta-
tas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, &c. Hæc locutū Chri-
stum non de prophetis veteris legis sed de apostolis expo-
nit Ioannes Chrysostomus, homilia Min at. lxxv. Sed hiero-
nimus eandem rem apertius, & plurib⁹ explicat. Obserua,
inquit, iuxta apostolum scribentem varia esse dona discipu-
lorum christi, alios prophetas, qui ventura prædicent, alios
sapiētes, qui nouerunt qñ debeāt pferre sermonem, alios
Scribas, in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stepha-
nus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati, in actibus
apostolorū, apostoli, & persecuti eos sunt de ciuitate in ciui-
tatem, expellentes de iudæa, vt ad gentiū populū transmī-
grarent, his verbis, hieronim⁹ clarissime vt Stephanum, ita
Paulū & Petrū hierosolymis passos fuisse declarat. Et ne cui-
us testimoniū desyderetur, Nicolai lyrae horū christi ver-
borū interpretationē subnectam⁹. Ex eis occidetis, Expo-
nit lyra, Sicut Iacobū fratrem Ioannis actiū. xij. & Stephanū
actiū. viij. Et crucifigetis, vt Petrū & Andreā fratrem ei⁹, &
multos alios Flagellabitis, sicut Paulū & Sylam, vt actuum
xvi. Quis contra hæc firmissima testimonia vel hiscere de-
inceps poterit? quis reclamare? quis non modo hieronimū,
Chrysostomū, Nicolaum lyranum sed & Christū menda-
cij arguere poterit?